

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Titi Livi Ab urbe condita libri

Buch XXVIII und XXV

**Livius, Titus**

**Berlin, 1895**

Buch XXV - Perioche

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2071)

## T. LIVI

## AB URBE CONDITA LIBRI XXV PERIOCHA.

- P. Cornelius Scipio, postea Africanus, ante annos aedilis factus, Hannibal urbem Tarenton praeter arcem, in quam praesidium Romanorum fugerat, per Tarentinos iuvenes, qui se noctu venatum ire simulabant, cepit. Iudi Apollinares ex Marci carminibus, quibus Cannensis clades
- 5 praedicta fuerat, instituti sunt. a Q. Fulvio et Ap. Claudio consulibus adversus Hannonem Poenorum ducem prospere pugnatum est. Tib. Sempronius Gracchus proconsul, ab hospite suo Lucano in insidias deductus, a Magone interfectus est. Centenius Paenula, qui centurio militaverat, cum
- 10 petisset a senatu, ut sibi exercitus daretur, pollicitusque esset, si hoc impetrasset, de Hannibale victoriam,  $\overline{\text{viii}}$  acceptis militum dux factus confligit acie cum Hannibale et cum exercitu caesus est. Capua obsessa est a Q. Fulvio et Ap. Claudio consulibus. Cn. Fulvius praetor male adversus Hannibalem
- 15 pugnavit, in quo proelio  $\overline{\text{xx}}$  hominum ceciderunt; ipse cum equitibus ducentis effugit. Claudius Marcellus Syracusas expugnavit tertio anno et ingentem se virum gessit. in eo tumultu captae urbis Archimedes intentus formis, quas in pulvere descripserat, interfectus est. P. et Cn. Scipiones in Hispania tot rerum feliciter gestarum tristem exitum tulerunt, prope cum totis exercitibus caesi anno octavo, quam in Hispaniam ierunt, amissaque eius provinciae possessio foret, nisi L. Marci equitis Romani
- 20 virtute et industria contractis exercituum reliquiis eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent. ad  $\overline{\text{xxvii}}$  caesa, \* ex mille octingenti praeda ingens capta. dux Marcius appellatus est.

21.  $\overline{\text{xxvii}}$ ] wohl Schreibfehler statt  $\overline{\text{xxxvii}}$ . — *ex*] wohl Schreibfehler statt *ad*. — *octingenti*] *octingentos* NP, *octingentis*  $\zeta$ r. — 22. *praeda*] vermutlich ist *praedaque* zu schreiben.